HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 67r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



simo sunt ornati in genio et non hunc difficillimum impossibile
que transitum ab infra ad supra ad humane vocis possibilem
equalitatem equarunt // Primus namque modus / tropus si
ve tonus qui grece dicitur prothus / qui prior huiusscemodi difi
cultatis extiterat pre omnibus divisionem est passus / et ex
eo quod unicus tropus erat alter eiusdem nomine productus est
quem eius prothi dicimus subiugalem. et sic prothus qui ordinis
primus erat primus est. qui vero non erat secundus est. Secundus
tropus qui deuterus appellatur et eo modo divisus est / a quo
alter extractus est / ipsius subiugalis existens quo fit ut
deuterus qui in ordine locum secundum tenebat / ex huius
modi partitione tertius sit / et eius subiugalis numeretur
quartus. Tritus autem qui tertius in ordine dicebatur tro
pus / hac scissura eiusmodi subiugalem produxit. Ipse tri
tus obmisso suo loco / quintum dicitur occupare. et sextum ab eo
productus // Sed tetrardus qui tropus quartus erat / divisus
et alium sibi subiugalem efficit. qui tetrartus ante scissuram
quartus existens / post septimus reperitur. Eius autem subiu
gali locus octavus est deputatus:

De tropis sive tonis autenticis et plagalibus:

Primi namque tropi quatuor quos ex grecis ac
cepimus / quinque primarias sedes tenuerunt / eorum que